Diui Bernardi Abbatis de vijs vite confessionis scilicet et obedientia et sermo de confessione. Sermo

Notas michi fecisti vias vite adimplebis me leticia cum vultu tuo delectaciones in dextera tua vsque in finem. Ad te quidem liberum accedimus dulcis Ihesu discipuli ad magistrum infirmi ad medicum ad deum filii. Tu es enim magister et dominus cuius schola est in celis et cathedra in celo. Tu es ille peritus medicus qui solo verbo restaurat vniuersa. Vias tuas domine demonstra nobis et semitas tuas edoce nos. Vie enim tue vie pulchre et omnes semite tue pacifice. Beati qui ambulant in via tua domine virtutum. Beatiores qui currunt viam mandatorum tuorum quia currunt in odore vnguentorum tuorum. Exultauit enim vt gygas ad currendam viam et non solum currendo sed et saliendo in montibus transiliens colles. Exultauerunt gygantes philosophi non ad currendam viam sed ad quandam gloriam vanam. Euanuerunt enim in cogitacionibus suis non humiliati in virtutibus suis. Viam enim sapiencie nescierunt neque meminerunt semitarum eius. Non enim in Chanaan neque visa est in Theman. Chaldei qui dixerunt domino Ihesu recede a nobis scienciam viarum tuarum nolumus. Nos quidem te deo duce in deum et sine vias tuas volumus. M[?] Duim vie due sunt confessio et obediencia. In confessione crimina lauantur. In obediencia virtutes solidantur. Bonum autem ornamentum confessio que peccatorem purgat et iustum reddit purgaciorem. Si peccata sunt in confessione lauantur, si bona opera

in confessione solidantur. Cum mala tua confiteris
sacrificium deo spiritus contribulatus. Et dei beneficia denuo
laudas sacrificium laudis. Ipsius confessionis iustus in gloriis
indicatur et peccator mortuus reputatur. Confessio igitur
peccatoris vita iusti gloria. Vide david dicentem peccavi
et audientem dominus transtulit peccatum a te et non morie-
ris. Considera mariam, si non verbis, tamen operibus sua
peccata publice confitentem et dicit quia publice audivit
dimissa sunt ei peccata multa quia dilexit multum. Respice petrum
tercio negantem timide amarissime flentem tercio
respicientem. Aliud felicem latronem intuere se crucis
sancte confitentem peccatum et dominum promittentem hodie mecum eris
in paradiso. O quam sublimis ista confessio per quam de
patibulo ad regnum de terra ad celum de cruce ad para-
disum latro damnatus et crucifixus ascendit. Gloriosa
confessio que petrum apostolum terne negacionis crimine liberat
et ab apostolatus culmine cadere non permisit. Fidelis
testimonio quod marie multum diligenti multa dimisit et a
morte multo titulo insignita discipulorum Christi cetui sociat
Declarata misera que regem et prophetam multiplici
criminum dumdaxat mundavit et in antiquam gloriam
dignitate pristine redemit. Hec est via que viatorem suum
numquam fefellit quem numquam destruit nisi deserente eum
multe multiplicibus semite sunt additamentis difficiles
ad tenendum ad enumerandum inextricabiles
Prima semita est homo quod dicitur in via ista cognitio
sui. Dicitur de celo cecidit ista sententia Nosce te ipsum o homo

Vide si non et sponsus in amoris cantico sponse eius
loquitur Si ignoras te o pulcherrima inter mulieres Cogni
tio sui constat in tribus ut cognoscat homo quid fuerit quid
quid meruit quid amisit Cerne cecus o nobilis creatura
ymago dei creatoris similitudo que cerne tuum cum celibus celi
civibus delectaris et per bibi voluptatis torrente potaris volup
tate Quid fueris furiosus quam mentem rapui ira, superbia extolli
separi invidia, cupiditate torqueri Quid sis in noctis es
nutrita que stat sordida amplexeris ¶ Recordare et quod
mereris Subeat memoriam tuam Gehennalis olla
fornace fervida magne babilonis domus morte ampli
tate domicilium flammarum globus acerbitas frigoris te-
nebre sempiterne Considera ordinem tormentorum tortore
fames, multitudinem penarum, miseriam infinitam, et intellec
tualibus oculis ista discute et poteris dicere, melius erat
michi si natus non fuissem Respice oculos et quid amiseris
animadverte Respice qualis sit civitas gloriosa celeste
habitacio locus sedis, sanctitate palacium splendor glo
rie magnitudo claritas infinita Attende ordinem
gaudiorum gaudencium vultus, sanctiorem vicissitudinem multi
tudinem deliciarum = potes reclamare, qui te perdit totum perdit
dicere deus Si ergo hoc triplici funiculo ligaveris animam tuam
intellectus et animadvertens quod dicitur salutem nostram pertinet est
Secundum gradus est penitencia hec duo ita sibi juncta sunt ut
cognosci sine non possit nisi peniteat penitere non possit
nisi cognoscat Peniteat igitur anima confusionis iaculo
vulnerata penitencia triplici quod dona que amisit, amissa
non quesivit et neglexit parentum dei Sicut dicit dominus ihesus
quod stolam stolam donorum nobis in baptismate reddidisti

et amictu nivis candidatos in iusticie solio collocasti, cito
recessimus a via qua ostendisti nobis, et porcionem substancie que nos
contingebat cum prodigo filio in dissimilitudinis regione
expendimus. Venit ad nos vilissimus servus et choroy ig-
nud reges ad mundatos immundi ad salvatos dampnati
curvi ad rectos, et dixerunt anime nostre incurvare ut tran-
seamus. Audivimus illos et incurvati sumus. Transierunt super nos
et dicionem amisimus. Et culpa nostra perdidisse, quam amavimus non
recognovisse perditam. Videt aliquis aliquem et in hac mortalitate
quot indices amicos conspicit trahi in carcerem nihil consola-
cionis relinquit donec vel amissa inveniat vel ablata
restituat et custodiat restituta. Nos hereditatem nostram
incorruptibilem incontaminatam in celis reservatam illis dampna-
bilibus hominibus perdidimus et non requirimus, incurvati sumus
et non resurgimus. Surgamus et eamus ad patrem nostrum et
dicamus ei, pater peccavi in celum et coram te, et cum illo
evangelii latrone prius recitato offeramus patri penitenciam
mente contritam cordis, si forte dum adhuc longe sumus vi-
deat pater et misericordia moveatur et accurrens cadat super collum
nostrum et osculetur nos osculo oris sui. Forsitan iubebit
afferri stolam sorz tuorum, et induit nos reuertentem virtute
et dari anulum fidei in manum nostram et calciari pe-
des nostros in preparacione evangelii pacis. Precipiet for-
tassis adduci vitulum saginatum et occidi in satisfactionem
convenientem, epulari et exultari et simphonia et in
choro conduci ad superna gaudia civitatis ubi gaudium est
angelis super uno peccatore penitenciam agente. Cui(?) dominus
per Ihesum qui non fuimus boni vos qui ambulatis in morte.

sed non illos qui ambulat in penitencia. Ets ei propter hoc non fecit
nisi corpus ad hoc tu cur cum non imputauit deus propter
De quod propterea michi non ponere decreuit sic est quod non
fuerit. Cogita ergo quanta fuerit patiencia dei erga te immo
abusus sis. Videbat te peccantem et dissimulabat quasi non
videns, vocabat et non audiebas, minabatur et non
timebas, nunc promissis illectus nec terrore perterritus igno
rans quod patiencia dei ad penitenciam te adducit. Tu autem
timor magis ne thezaurizares tibi iram in die re
uelacionis iusti iudicii dei et memento quod horrendum est incidere
in manus dei viuentis. Eliga igitur hoc triplici cataplasma
te pene vulneris tui et dic miserere mei deus quoniam
infirmus sum sana me domine.
Tercius dicitur est dolor sed et ipse tua ligatura gregorius
de per contricionem et penitenciam dolor meus renouatus est
in meditacione mea exarsit ignis quod creatorem meum offendi
deum non timui, spreui benefactorem. Nunquid non sic lutum
in manu figuli sic vos in manu mea dicit dominus. Ergo
hoc te fecit vas in honorem tuum te in contumeliam facere
presumpsisti. Nunquid dicit figmentum figulo quid me fecisti
sic. Creatura creatorem, factura factorem contempnere ausus est
presumpsisti. Memento velissima tempta quod ceciderit super
lapidem istum conteretur, si vero ipse super te ceciderit
conteret te. Contricio tremenda, itaque vt ne vestigium minime
appareat. Tu autem sanguinem ministrasti et creatorem offen
deris et deum non timueris. Ceruicis erectus et alligatus
cum resistere non potes, et in peccato vsque ad voluntatem
noluisti intelligere vt bene ageres sed vitalitatem videntem

imperio ipsa lege infra sua et rem publicam dimi-
decreuisti Unum audisti quam sentenciam dampnat seruus
nequam qui sciens voluntatem domini sui et non faciens
multitudini verberum vapulabit Aspice autem ad audiendum
vocem hominis eius stelle lectorum et dicunt assumus venti
et mare obediunt ei et omnia lege perpetua et concussa retinent
firmitate tu solus precepta eius et imperatoris de-
creta maiestate non curas Audi quod potest te mittere in
tenebras exteriores ubi fletus et stridor dencium perpetuum
infelicitatem tribuisti Et si te non mouit creato-
ris offensio et remuneratoris potestas moueat saltem
ingratitudo tua quod tuo benefactori in tantis beneficiis
contemptum posuisti Ubi nam scilicet benefactorem diuinum qui
tibi ministrat stellarum cursus temporum aeris fecunditatem
terre fructuum ubertatem Ad extremum vero ut omnium
vite beneficiorum cumulum aggregaret proprio filio suo non
pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum tradens unigenitum pro adoptiuis dominum pro seruis pro impiis iustum Quanta
ultra debuit tibi facere et non fecit Si igitur isto dolore
dolueris poteris dicere cum propheta Ventrem meum doleo
ventrem meum doleo sensus cordis mei turbati sunt
Quartus gradus est confessio oris Post agnicionem sui
et punicionem post dolorem cordis sequitur oris confessio In huius
quibus corde creditur ad iusticiam ore autem confessio fit ad
salutem Et ipsa triplex scilicet veritate salutem requirit
Debet enim esse vera nuda et propria A veritate quia altissimus
et non falli qui fallere non intendit Nonnumquam periculosi
et corrupti sunt qui ad confessionem venientes magis

onerati quam liberati a portis ad suam conscientiam redeunt
Dicit autem se clericus a quo litteratorio, si miles a
quo gladiatorio conflictu confectum ut sub pallio humilitatis
superbiam induant, in tanto sacramento se simulatores sub
quo totius humane salutis summa consistit. Sunt et alii quos
timor impellit ad confessionem, alii quos simulatio ducit
ad hoc autem confitentur ut saltem specie videantur esse confessi.
An tamen illam veram vocitas esse confessionem quam timor ex-
torsit aut simulatio fecit presertim cum semper mentiens diaboli
ne effugiat fictum et gratuitam satisfactionem computat. Illa
vero confessio vera est que de mente contrita descendens
nec timore cogitur nec fictione palliatur sed in sancto
contribulato confertur a quo sentit. Nudam autem eam esse
oportet et totius absconsionis expertem esse velaminis
Claritas et potentia peccatorum dicitur potentia velari, quod potest nuda-
vari et quod potest dimidiari designare. Nequaquam de vino colligitur
vasis dulce et amare saporis et insipida stillant. Potest
Oratio nuda et aperta sit coram deo. Tu aliquid illi abscon-
dis qui dei locum obtinet in tanto sacramento. Unde
et de nuda confessione in corde tuo latuerit detegi vulnus
ut sanari ab eo eam mediante. In simplicitate cordis
oportet te loqui deum, non in duplicitate, quia ve illis
qui loquuntur in corde et corde et terram duabus viis
ingrediuntur. ¶ Verbum autem esse et persona. Est et plerique qui
aliorum peccata cum sua numerant gravitate et suorum con-
fessionis in scholasticum declinant loquuntur. Nesciunt sua aliena
ac propria memorie commendarunt. Insolites et misteri
quibus datum est aliena mala plangere sua relinquere.
An vero legisti quod iustus in principio sermonis accusator est sui

Cui dixit scriptura non alterius. Nunquid oblitus es apostolum dicentem Confitemini alterutrum peccata vestra. Vera dixit non aliena. Iniquitatem meam ego cognosco dixit ille propheta non tuam.

Quintus gradus est maceratio carnis. Sed et ipsa tria rio modo est considerata. Convenit enim ut fiat occulte, licentiose, discrete. Item vos artus tuos et sensus educatos deliciis diuturno constringe martirio. Tanto te noveris a licitis abstinendum quanto memineris illicita illicita perpetrasse. Hoc enim occulte faciendum est ut nesciat sinistra quid faciat dextera tua. Non enim est in ore hominum tanti boni pecunia custodienda sed in abscondito cordis tui ut sit gloria tua testimonium conscientie tue. Nec hoc dico ut non luceat lux tua coram hominibus ut glorificent patrem tuum qui in celis est, sed ne intentionem tuam in brevitate vite glorie recondas. Nihil enim insolentius quam hic carnem macerationibus vigiliis affligere et tamen hic gloriam illic [illegible] querimus. Licentiose vero facienda est, quia quamvis sit ad pastoris licentiam graciosius est in conspectu dei, et illam hostiam singulariter accipit altissimus que non de proprie sententie voluntate sed de superioris offertur imperio. Aliud enim valet ad compescendum superbiam proprie voluntatis conceptio quam extirpare non potest qui [illegible] diligit vanitatem. Discretio enim in hac correctione tenenda est ne dum nimis flagellamus corporis salutem perdamus, et dum hostem subire querimus civem occidamus. Considera corporis possibilitatem intuitus [illegible] gloriosus corporis impone modum tue districtionis, custodi corporis in

solium ad obsequium creatoris. Multos vidimus qui a de
principio cursum suum celebrasse et districtionis in
fregisse regulam ut dabiles laudium sollempnijs red
derentur et apparatu lautiori diuturnis fruerentur
temporibus

Septimus gradus est correctio operis sed et per numerum
trinitatis consecratus cordis ut tibi malum non facias
alteri non noceas nocenti non consentias. Recogita eo
quam fragilis sit voluptatis dimensio, et tu iterum cordis illius
Quid adduxisti quia voluptas transiit et peccatum remansit
Respice pridem mechanicum iterum sibi diuidisse
libidinis / colla subicere mandata altissimi non sit ini
quitas in manibus tuis. Desinisti gule sollempnis et
vana rescinde collecta. Auerte oculos tuos ne vide
ant vanitatem / obtura aures tuas ne audiant
sanguinem, et tunc dicere poteris castigans castigauit
me dominus. Quid autem prodest infra rectitudinis lineam
tui cursus opera ~~[illegible]~~ cohibere si alios non desideras
Qui non fecit proximo suo malum, et opprobrium non acce
pit aduersus proximos suos requiescet in monte sancto dei
accipiet benedictionem a domino et misericordiam a deo salutari
suo. Non autem in directum festinas nisi improbos et con
tra virtutem gradientes contra potentis auctoritate accedas
corrigas et opponas te ~~[illegible]~~ murum in domo israel
castigans te non noceas alteri nec nocenti consentias
Vera est et perfecta qui cum emendat alium possit, neque
legit plura in pennis dubiis delicti constituit. Cum enim causa
dei ventilatur in medium et falsitas opponitur veritati

qui ergo pestina quam gessit non resistit de suo damnabitur
silentio
Sextus quartus ... est penitentia secundum nostra ~~[illegible]~~ tenarii
numeri sanctificatione dictata penitentiam namque facimus
imitatio sanctorum bonitatis hominum fragilitatis corporis Quidem
namque pati non possis in veritate pondus iuvenes
virgines, aniles, senes decrepitos divisi pro christo non potu-
isse sed et exquisita tormenta Considera puerorum etatem
iuvenum ignem, virginum teneritudinem, anilium fragilita-
tatem senum infirmitatem decrepitorum impossibilitatem
et videbis confessores omnes iuvenes in hiis etatibus
multitudine ... ad palmam martirii viriliter cucurrisse
Videamus de eodem luto formatus et tu et eodem spiritu
inspiratus Et forsitan non ingerit persecutio ut marti-
rium patiaris, nec damnaris si pro christo finis, immo laudaris
et premiaberis ab eodem Tertio et si persecutio diminet
consideranda est propter temporis brevitatem Verum cum nobis natura
providit quia nimium dolorem vel longum vel magnum
esse demonstrat Si enim magnum est longum esse non potest
Coniunctio enim corporis et anime exquisita tormenta diu non
sustinet, sed suppositis magnitudine tremefacta sida
valoritate dissolvitur Magnum ergo quod est magis tormenta
consideres, quod in brevi tanta pariat munera et de labore
ad requiem de miseria ad gloriam patientes faciant
evolare Consideranda est et fragilitas corporis quam sepe
aut aliquis levissimus casus aut incandescentis febris
cumulata congeries brevi possit suffocare momento
Tribuitur ergo virtuti si mentis fuerit quod dicitur debes mediti

pro brevi periculo sempiternum premium adquiritur. Vide ergo quam
difficilius sit cuiquam confessori ad currendum quam indisciplinatis
servire ad [illegible] terminum. Verum est quod ait ille tamquam
certe non facilius invenire vos qui directum servantur
quam qui congruam penitentiam egerunt. Et de via confessionis
pro modulo nostro locuti sumus / sublimioribus sublimiora
sunt ponderanda consignantes. Ceterum obedientie viam sub alio
sermonis genere aperire temptabimus ne vnius in fastidium veniat
verba Verbi salvatoris qui est benedictus in secula

Non possumus nos cogitare aliquid a nobis
quasi ex nobis sed sufficientia nostra ex deo est
Cum dicit in hoc vase testeo et fragilitate corporis
humanum cogitationes sufficiat / spiritus carne inclusus / porro corrup-
tus corporis tenemus. Corpus enim quod corrumpitur aggravat animam
deprimit et terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Benig-
nus est enim spiritus sapientie qui et spiritum inclusum illuminat corrup-
tum sanat et allevat depressum. Etenim spiritus paraclitus cordi-
bus fidelium illuminans et erigens elisos. Est enim spiritus veri-
tatis qui docet nos omnem veritatem. Non solum autem docet sed et sug-
gerit. Suggerit ut et spirat / docet ut intelligamus. Hoc est quod dominus
ihesus per suam obedientiam usque ad mortem crucis nisi apertius
suis obedientibus. Cum non sibi videntur singulares obedi-
entie conscendisse fastigium qui accepta licentia predicandi civitatem
omnium dominicule spreto consilii unanimiter uno ore et corde
permeabant. Intelleximus quod ibant gaudentes a conspectu concilii
quoniam digni habiti sunt pro nomine ihesu contumeliam pati. O
quante obedientie viribus veniunt qui gaudent pro christo ad concilia
trahi / dignitatem ducunt pro eo cedi gloriam ducunt pro eo
mori. Ubi cum abundant in egestate sunt insolentes

quibus vilitas sublimitas / contumelia gloria / potentia vic-
toria mirabili mutabilitate videntur. Cumulum repleta
e ara eorum opprobrium abdicantibus et despectio superbis. Rex
mus quam libera fronte in pontificum facie in phariseorum concilium
in tumultum plebis irrumpunt dicentes: magis oportet obedire
deo quam hominibus. Intuere magis illa duo luminaria petrum
et paulum et universo ordine apostolici senatus obambula et
ibi cernebis obediencie firmitatem inter tormentorum multitudinem
viriliter perstitisse. Nomine vero filius regis rex regum illius
qui continuis gaudiis inclaruit factus est obediens patri usque
ad mortem, mortem autem crucis, et didicit obedientiam ex hiis que
passus est. Audisti misericordiam audi et rigorem. Vidisti paciencia
vide et formam. Attendisti deformitatem / attende et potestatem.
Propter quod in(?) et deus exaltavit illum et dedit illi nomen
quod est super omne nomen. Ecce tanta(?) interim de illius obediencia
qui singulari prerogativa clauditur et signatur. Prodeat
in medium magnus ille patriarcha fidei lumen obediencie
forma iusticie pater(?) ... Audit ab offerente / egredere de terra
tua et de cognatione tua et de domo patris tui et veni in terram
quam monstravero tibi. Et ad unius iubentis vocem / prodat(?)
fugit relinquit parentes deserit hereditatem et alienorum finis(?)
notarios(?) hospes aggreditur. Magna res et servitium dignitatis
privilegio in patrem multarum gentium consecratus formas(?) ... suis fa-
cultatibus renunciat et obediencie cursum indefessa velocitate pro-
currit. Denique cum amplexus filium in senectute sua in quo
tota mundi fuerat benedictio cumulanda dicit ei deus:
Tolle filium tuum unigenitum quem diligis ysaac et offer michi
illum in holocaustum. O quanta in cordibus istis amaritudo
quanta a cordibus(?) patris separatio partis. Indicitur namque omnia

filium os ex ossibus suis et carnem de carne sua, sicut
magne promissionis extreme senectute contra mulieris
sed mirabiliter promissum, sollicitius natum decorem educatum
Et in tenerissimis infra paterna viscera doloris incendium ex
unde et additur et unigenitum. Ecce namque multi filii sed non
unigeniti. Iste sit filius ut et unigenitus iste unicus post uni
genitus mire hereditati reservatus. Nec respectus ad ysmahel
est qui in servitute et ex ancilla genitus fuerat ad liberta
tem nomine pertinebat. Tertia vero multi sunt filii et unige
niti sed non dilecti, ad exaggerandum in mente iusti obedi
entiam dominus subiungit quem diligis. Ut vero teneritudo patris
ex mutua dilectione noviter recrudescit et interior patris ad
dilecte vocem sonum tota sentiret pectoris volvatur ex recor
datione quod verbum erat a domino promissum in utero genitore. Unde ergo
dure tribulationis malleus abraham pectus feriatur cum pre
cipitur ut filium tollat occidat unigenitum quem diligit domino immo
let, properat, perficiat holocaustum testatus multis probatus, adiunctus
est et multis. Dulcis relatio filii ad patrem patris ad filium; Hanc
dulcedinem et omnem necessitudinem affectus obliviscitur abraham
stravit asinum suum ligna comparavit, accendit ignem, arripuit gla
dium, non a domino querit quare, non murmurat, non queritur
non saltem in vultus pavorem ostendit, sed omnem quem conceperat
gravamen in morte filii pia crudelitate sustinuit. Ideo sic
et admirabilis obedientie virtus in abraham et singularis
generationibus laudibus predicanda. Fortissima vero est obedientia
vera et que in animum descendere non possit nisi a mundi huius
affectionibus purissimus. Ut autem via eius evidentius clarescat
videamus quanta possimus quod sic sit obedientia specialis ad deum
extra ad hominem vel inter deum et hominem. Ecce quedam sunt
mala quedam sunt bona. Quedam bona sunt diligere deum amare
proximum, veritatem loqui, non furtum facere non falsum

testionium dicere, non adulterabis, et alia multa que per se bo-
nitas innata prohibet. Quedam mala sunt eorum contraria et sicud
illis bona precipit deus ut faciamus, ita a malis inhibet ut absti-
neamus. Precepti huius sancta et que nullius auctoritas non
valet, quoquo modo auferri quia illius est contrarie constituta qui
dixit Ego deus et non mutor. Si ergo homo ille qui prepo-
situs decretis super preposita inde aliter sentire voluerit ponens
tenebras lucem et lucem tenebras, ut vel precipiat bona pre-
dicta relinquere, vel malis prohibitis adherere audacter resistendum
est preponentis imperio et libera voce dicendum: Obedire
oportet magis deo quam hominibus. Hec est specialis obediencia
ad deum que nequaquam est hominis arbitrio temperanda sed
inmutabili conservanda proposito. Certam igitur regulam tene
ut nec imperio prelatorum predicta bona relinquas vel facias
mala. Sunt vero secunda bona et secunda mala quedam media
sunt que ab utentibus se iuncta boni malique nomen assumunt.
Media sunt ambulare, sedere, loqui, tacere, comedere et ie-
iunare, vigilare, dormire, et si que sunt similia, que si pas-
toris licencia fiant secundum agentem retributionem. In
hiis igitur mediis subditi et obedientes esse debemus ad nutum
prepositorum nihil interrogantes propter conscienciam, quia in hiis
nullus preter operis sui prelatorum derelinquit imperio dispo-
nenda. Non te autem moveat magis imperitus indiscreta
potestas, sed memento quia non est potestas nisi a deo et qui
resistit potestati resistit dei ordinationi. Hec est propria dei
obediencia qua hominibus debemus qui hominis subditi sumus. Ho-
nendus est et unus deus et homo quia obedire quamvis prelato ex-
hibetur, exhibetur ei qui dixit qui vos audit me
audit. Cum igitur cautela hec tramite curius incedendum

est et multos gradus ibidem delitescunt quorum qui verum consequi
rit exterius sine tribulacione teneri. Primus gradus est obe
dire libenter. Quia etas ab adolescencia sua prona est in
malum, et unusquisque voluntatem cordis sui proprii sequitur
Ab illa cum primum separatur angustia durior est. Quod amor
proprie voluntatis quam voluntas creatoris utriusque ibi
subdita est servituti ubi voluit dyaboli. Difficile est suam
relinquere voluntatem et alterius voluntati deservire. Ceterum
tollitur autem cum sit per tum secundum obediencie asserebat qui
voluntatem precipientis non suam facit. In voluntate sua
iustus gloriatur se deo conferri unde illud Voluntarie
sacrificabo tibi. Sola igitur voluntas est que cuiusque operi or=
nat effectum sine qua nec bonum agitur etiam si bonum esse vi
deatur. Hec voluntate igitur suspendenda se imponit prelatorum
et nomine tenus a suis voluntarijs desiderijs abducitur
donec propria voluntate mortua mandatum diligat implere
hoc est hoc libenter obedire prelatorum voluntate voluntarie
adimplere. Secundus gradus est oportet incipiat simpli
citer. Qui ambulat simpliciter ambulat confidenter.
In simplicitate cordis sui letus obtulit Salomon omnia
et in simplicitate cordis querere deum scriptura demonstrat
Multos vero nos scripsimus inpendere inlicias sine consuetudinis
et cetera quere scrobem scrobis inmitteret celebrat criminal
querelas, quia hoc scripsit, unde hoc venit, sed hoc invenit
consilium etc. Inde murmuracio, inde verba murmuracionis
et indignacio sensus, amaritudinis redolentia, inde
frequens suspicio simulacio impossibilitatis adiuncta amicorum
Non sic Abraham fecit. Audi quid deus de simplici
populo protestatur. In auditu auris obedivit mihi

ut vultus ostenderet uno eodemque momento percepisse
et imperantis imperium et obsequium obsequentis. Volite irac-
dus non videtur. Hic miratus ... in tabula
nulo corporis sui / elevat manum suam ad percipiendum te dextram
dei. Simile simplicitas in mandatis obedientie / addens vo-
luntati simplicitatem / inter illud ... Fortitudo in simplici-
tate vera dum / qui illi fortitudinem induit quem etiam obedientia
est simpliciter incedit. Tertius gradus est hilaris obedientia.
Hilarem enim datorem diligit deus. Non ex tristitia aut ex
aut ex necessitate. Serenitas in vultu dulcedo in sermone multum
colorant obedientiam obsequentis. Unde gerit ille pacata sit aut
Sine quo vultus accessere boni. Cuius et locus obedientie ubi
tristitie ... Quando plerumque voluntatem
animi signa exteriora / et difficile est ut vultum non mutent
qui mutant voluntatem. Nubilosa corporis compositio et sue
tenebris tristitie obfuscata / devotionem ab animo defecisse signi-
ficant. Respice david cum archam domini hilaris saltantem / quod
saporem superbientis femine reprimat ... Ludam inquit
et vilior ero coram domino ... Cuius igitur ... et gra-
mus sit hilaritas in obedientie ... Cuius non superat
liberum tristi. Si vis ergo perfectus esse hilaris et cum magno
vultus alacritate suscipe iubentis imperium ut voluntati
... et simplicitati operis vultus hilaritatem adiungas.
Quartus gradus est velox obsequendi. Velox quidem cur-
rit sermo dei et velocem desiderat. Hic sapientem vide
cum quanta velocitate currat ille qui dixit / Viam mandatorum
tuorum cucurri. Fidelis obediens nescit moras fugit crastinum
ignorat tarditatem precedit precipientem / parat oculos
visui aures auditui linguam voci / manus operi / itineri

pedes / totum se colligit ut imperantis colligat voluntatem
Vide quam festinanter perponitur / et homini festinat obediens
Zachee inquit festinans descende quia hodie in domo tua oportet
me manere et festinans descendit et recepit illum gau
dens Audisti quia et festinanter descendit et gaudens
recepit / audisti obedienciam / audi obediencie remuneracionem
quia hodie salus domui huic facta est Item et ex occasione
huius obediencie gloriosum granum misterium / et obsignata
sigillo nunc sinapis / venit .n. inquit filius hominis querere et sal
vum facere quod perierat Nonne legisti quia filius ipsum recepit
ut agnum comedant festinanter festinanter quippe veri
agni comestio significatur implenda quia verba illa que per
legem dedit / per servitorem exhibuit que et velud precepta
mandanda elegit / valori sit obediencia consumanda Et
tu quod cum voluntate certus simplicitate operis hilari
tatem vultus componis / adde et velocitatem / ut sic
imitacio apostolum velox ad audiendum / tardus ad loquendum velociter
Ceterum gradus est viriliter adimple Viriliter age
et confortetur cor vestrum omnes qui speratis in domino
Si tribulacio intonat / si persecucio resultat / si persecutores
laqueos ponunt / si maligni iter tuum impediunt / non obedi
enciam desperans sed dic paratus sum et non sum paratus turbatus
ut custodiam mandata tua Cum [illegible] superius enu
merata perierunt utilitatem sed fortitudo desit tunc Cum
in arce constantie virtutum collocat / et eo valle munit
quo furentium impetus aspirare non possit Manum
tuam misisti ad fortia agendum est instanter et constanter
obediendum ut in asperitate verborum tam regule est semi

rrita relinquenda, sed temeriori tenenda fervore. Et ut
breviter dicatur fortitudinis conclusio: virtus est virtutes
servans ac muniens. Iunge igitur alacritati fortitudinis
constantiam instantie, et tunc securus decantabis: Ma
nus peccatoris non movebit me. Sed [illegible] quidem est
humiliter obedire. In humilitate mea inquit fuit mihi qui
fecit nos. Ideo capitis humilitate, sine cuius obtentu virtus
fortitudinis non solum non virtus fit sed etiam inde vi-
tium superbie nascatur. Unde fortis currebat Saul cum
esset parvulus in oculis suis, contra philisteorum agmina
prosternebat, forte viribus exerebat gladium, postquam autem
tenuit vitium superbia et transiit in affectum cordis
debilis et impotens factus incircumcisorum armis Saul
prostratus occubuit. Aspice regem in quo humilitas subli
mis et humilis sublimitas filii proposito nitescunt (?).
Domine inquit non est exaltatum cor meum neque elati sunt oculi
mei. Et totum itinerarium eius sedula intentione retractate et
contra consimiles (?) oculos respexerit, divinis humilitatis flo
ribus [illegible] respersum. Audi magis alibi quid dicat: Fortitu-
dinem meam ad te custodiam. Tu vere loquitur iustus instinc-
tor (?). Sed namque plurimi qui fortitudinem suam non
ad deum sed ad carnem gloriam custodiunt, qui confidunt
in fortitudine (virtutis) sua, qui de acceptis virtutibus quasi non
acceperint gloriantur, preconi (?) sanctorum diviciarum a quo
est omne datum optimum et omne donum perfectum. Ne ergo for-
titudo in superbiam transeat condienda est sale humi-
litate; quia nihil proderit fortiter obedire si [illegible] de-
licit superbire. Illi igitur fortitudinem suam ad deum custo-
diunt qui ei sciunt quia facere debeant deum pro (?) Sed

in dulcedine sponsi quam facie decoris sponsi Tercius gradus
est indesinens obedientie Non qui inceperit sed qui perse-
veraverit usque in finem hic salvus erit Juxta illud
est perseverantia pacientie Perseverantia singularis filia
summi regis virtutum finis caritatis consumatio totius boni
repositorium virtus sine qua nemo videbit deum nec a
deo videbitur Finis ad iustitiam omni credenti in quo vir-
tutum convenientes [illegible] sibi thalamum construat Tamen
si currere potest et ad cursus metam desiderat Sic
currite dicit apostolus ut comprehendatis O quam perseverantie
pede cursum ille latro complevit qui perseverantiam pe-
nitentie invenit Consumatus in brevi explevit tempora
multa Denique et deus per prophetam Ezechielem loquitur Si
averterit se iustus a iustitia sua et fecerit iniquitatem omnium
iustitiarum suarum non recordabor Vides ergo quod perseverantia
oblivioni virtutes ille sepeliuntur quas perseverantia non
insignivit Sola est igitur que amatorem obedientie ad
regis cubiculum introducunt ut eum videat in decore
suo in quem desiderant angeli prospicere In via ~~...~~ igitur
ista in qua ambulas absconderunt superbi laqueum
michi Difficilima est via ista et spinosa omnibus carnalibus
tibi multiplicium vinculorum impedimentis innodata Tamen
tu ibi portabis obedientie fructum cum subditus audit obe-
dientia qua mihi [illegible] acceperat vocem suum ei ...
quod redolebat dignitatem in gaudio et leticia florebit po-
tentia fulciatur ymagine E contrario autem tu illi
obedientie meritum assignabis quando adversitas procellis
terret cum auditoribus omnibus ad audiendum quilibet

adimplendum. Non est ita sperandum est ut a prosperita
te eius separemur et adversitate eius complectamur /
si volumus illud sequi qui regnum fugit et ad passionem
voluntarius venit. Audiamus igitur quia vir iste vir vite
sic ducimus ad vitam. Ubi mites qui mites docebit
dominus vias suas. Continget autem eis quod sequitur. Adimple-
bis me leticia cum vultu tuo / quia quamdiu sumus in corpore
peregrinamur a domino / longe sumus a facie dei a vultu
scilicet contemplacionis maiestatis nisi quia plerumque mise-
ricors et miserator dominus illuminat vultum suum super nos.
Hoc autem sit cum remota nube illa que opposita est
ne transeat oracio ascendimus ad illum et illuminamur
revelata facie gloriam speculantes. Non autem ita quasi
revelata facie aspiciamus cum videamus adhuc per speculum
in enigmate et corporali corpore tenemur. Revela-
tur dicit quando ad caliginem corporum / cum spiritus iste creatus
aliquando creatorem spiritum emergit / et adheret ei unus cum eo
spiritus efficitur. Nullius autem momenti est ista contemplacio, quia
spiritus corporeis claustris circumdatus frequenti carnis
contagione reliditur / et suo creatura constitutus
infra quam velocissime revertitur. Et creator spiritus cuius
magnus sic opera exposita in eos voluntarius eius / nunc acce-
dit nunc recedit. Accedit nescientibus nobis ~~nobis~~ / nunc
ignorantibus nobis recedit / quia nescimus unde veniat
aut quo vadat. Et plerumque quanto frequentius queritur
tanto celerius elongatur / unde quia voce loquitur sponse
averte oculos tuos a me quia ipsi me avolare
fecerunt. Contingit etiam ut cum non queritur veniat / su-

quitur fugiat sic sponsa in cantice melodie ordinis et
gessisse et non dixenisse. Non est ait vulgus iste credere
ecce dum dixerisse quia est supra cherubim et vniuersi-
tati angelorum perfectissime et clarissime exhibetur, nobis
vero specularibus et vmbratilibus adumbrat ymaginibus. Omnia igitur virtutes dei sicut est credere non
possumus, adimpletionem leticie non habemus, donec tra-
hat nos ad se per, et amendat corporum nostrorum et sit deus
omnia in omnibus. Illic erit adimpletio, hic est gustus. Gustate
et videte quoniam [illegible] quam suauis est
dominus. Sed gustus iste non transit in potum quia lux vite
non penetrat. In gustu est suauitas: in adimpletione
admirabilis. Canticorum ait ave spiritus corporis [illegible]
corporibus: que in ad sedes ethereas aduolauerit, licet
bibant non adimpleuntur, non debriantur.
Caritatis cum multa beatitudine perfruuntur et expectant
resurrectionem mortuorum corporum, ut cum in terra sua
duplicia possederint sempiterna perfruantur leticia. Ideo
cum illis singulis singule stole albe date sunt, et dictum
ut sustineant modicum, donec impleantur consortes duplici
glorificatione, et vice gemina beatitudinis coronentur. Cum
ergo nondum habeant quod habere desiderant inebriari non
possunt. Sed est illa visio potus, ut sicut absque labore bibitur
ita sine labore quiescitur. Donec sancti apparuerit
gloria sua. Cum ergo resurgimus in corpore perfecto in men-
suram etatis plenitudinis christi, et gloriosa illa civitas
margaritis ornabitur, et sic letancium habitatio erit in

in ea / tunc adimplebit nos leticia cum vultu suo quia
videbimus eum sicuti est / tunc inebriabimur ab ubertate
domus sue et torrente voluptatis sue potabit nos
et dicet nobis bibite et inebriamini karissimi / quia et anima illorum
horum et corpora glorificatorum in terra sua duplicia possidebunt Leticia
Delectaciones in dextera tua usque in finem Sinistra dei
vita presens est Et quia per sinistrum diuinus quicquid non
multum curamus / per sinistram vita presens accipitur: in
qua deus electos suos sic ab impiis permittit flagellari
ut et paciantur occidi Unde non tibi videtur obliuioni
dari qui dicunt propter te mortificamur tota die estimati
sumus sicut oues occisionis: Que sane tua electis ob-
sinistris deputare merito Per dexteram vero illa beata vita
significatur / que nichil nisi gaudia / de qua nichil aliud
dici possumus nisi quod gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei
Ubi sunt delectaciones ille quas nec oculus vidit nec auris
audiuit / nec in cor hominis ascendit quas preparauit deus di-
ligentibus se / Hic sinistra retribuciones / in dextera de-
lectaciones Usque quo autem / usque in finem Quis est iste
finis finis ad iusticiam omni credenti Et finis ille
de quo sapiencia dicit Attingit a fine usque ad finem fortiter
et disponit omnia suauiter Iste est finis ad quem cum venerimus
nichil amplius sitiemus Ihesus Christus sponsus ecclesie qui est deus
benedictus in secula Amen

Finis